

h. 15, 22

(X 200 2466)

Xa  
433/

u.

NUMERUS  
AUGUSTÆ FAMILIÆ  
CENTESIMUS  
IN  
EXEQVIIS

**AUGUSTIS**  
CENTIES CENTUM  
LACRYMIS  
COMPUTATUS  
VOTOQVE SUBJECTISSIMO  
SPEI SUÆ RESTITUTUS.



WEISSEN...



Literis JOH. BRÜHLII, Ducal. & August. Typogr.



*W. ro.*





**AUGUSTUS** moritur,  
Annum nunc agens Sextum & Sexagesimum,  
relicto **FILIO** Primogenito,  
**SERENISS. JOHANNÉ ADOLPHO,**

Qvi jam attigerat  
Natalem Primum & Trigesimum;  
conspéctoqve dudum Nepote  
**Celsiss. JOHANNÉ GEORGIO,**  
impleturo nunc Annum *Ætatis* tertium.

Sic Numerus voluebatur  
**CENTESIMUS.**  
Sic perfectionis illud omen  
perfectissimam Felicitatis fiduciam excitaverat,

Nec mirum  
Siquidem **FRATER ELECTOR,**  
additis **SERENISS. FILII** Annis  
ipse etiam efficeret Vitæ Centenarium.  
Ita meditabantur Jubilæum,  
Qvi ex omni parte lætam & gloriosam cupiebant

**SAXONIAM.**  
Et fanè Jubila non defuerunt **AUGUSTO,**  
Qvi **MAGNIS** redditus **MAJORIBUS**  
Cœlestia sic degustavit augmenta,  
ut augeri nunquam cupiat fortunis terrestribus.

Attigit Regnum  
Ubi ne centum annis quidem describitur Dies,  
Invenit lætitiã  
Nullis turbis, nullis inimicis, nullâ invidiã  
contaminandam.

Qvid?  
Jam dici cœpit **AUGUSTUS.**

Ast

Ast  
Qvi PATREM PATRIÆ cupiebant fortunatissimum,  
in absoluta ejus prosperitate  
aliqvam suæ felicitatis jaçturam deplorant.

Imminebant NATALES  
Centesimo Numero, velut extra ordinem, insignes.  
His præparabant Vota, non suspiria;  
delicias, non lacrymas.

Qvippe credebant numerum decies decimum  
Decies fore Provinciis lætificum;  
Trinæqve Ætatis Centenarium  
Trinum jam augurabantur fœcunditatis Millenarium.

O fugaces hominum Spes!  
O incerta præfagia!  
Habuimus igitur PRINCIPEM tot AUGMENTIS  
Magnum!

tot VIRTUTIBUS inclytum,  
tot BENEFICIIS incomparabilem.  
Nullus igitur per Thuringiam & Saxoniam  
intimat

AUGUSTAS AUGUSTI Idus?  
Non est qui Sermonem promulgat Gratulatorium?  
Non, qui Natalibus optare sustinet Natales?  
Musica filet,  
Pietas ad lacrymandi officium inclinat,  
ipsa Memoria

vix sibi permittit futurorum præfigurationem.

Occurrit PRINCEPS Pacificus  
Quadraginta annorum pacato Regimine beatus.  
O quis ausit sperare novum  
Pacis, Sanitatis, affluentia  
Spatium?

Sed quorsum abit mœror?  
Ideo AUGUSTUM DEUS facit AUGUSTUM,  
ut paria sperare possit

**AUGUSTA PROGENIES.**

Ideo ad virilem usqve Ætatem  
PARENTIS Spectator, Admirator, Adjutor  
fuit FILIUS,

Ut

FXa 4331

Ut simili Pietate, Virtute, Prudentia,  
Cum Filio nunc absolvere posset Annum  
Sive Centesimum, sive Centesimo Majorem.

Quamobrem

Lugete Cives, dum aguntur Exequiæ;  
Sperate, dum defunctus optimum habet  
Boni Principis Characterem,

Nactus

**BONUM SUCCESSOREM.**

O vivat PRINCEPS!

O sentiat votorum has lacrymas quam fecundissimas!

Moriatur Pestis!

Conticescat Bellum!

Opulenta fiat alibi regnans Egestas!

Sitque adeo PRINCEPS

Aureorum Arvorum \* in Thuringia HÆRES

Aurei Seculi Custos!

Sic lætus quiescat AUGUSTUS,

Sic læta perstabit ARX AUGUSTA,

Sic ab AUGUSTO SOLE

verum Luna

Recreata vigebit WEISSENFELSA.

\* Die güldene Que

ex devotissimo Voto

**Christiani Friderici Stromers!**

Adv. Ord. & Syndici ibidem,

72

WOT

h. 15, 22

(X200 2466)

Xa  
4331

u.

# NUMERUS AUGUSTÆ FAMILIÆ

CEN S



U

IS

CENTI

TUM

COM  
VOTOQV  
SPE

US  
SSIMO



Literis JOH

Typogr.



BIBLIOTHECA  
PUNICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

*W. ro.*

